



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 28. Sacra Cardinalium comitia pro eligendo novo Pontifice.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](#)

hostes Clementem redarguunt, quod Sæc. XVIII.
in decernendis rebus adeo fluctuarit, A. C. 1721.
ut etiam in minimis difficultatibus hæ-
fitans, quid decerneret, nesciverit,
hocque vitium inde ortum traxerit,
eoquod nunquam in exteri Principis
Aula ultra Alpes Nuntium egisset Apo-
stolicum: Ita nempe non raro impro-
vida calumniandi iniquitas sibi metipsi
mentitur, ac repugnat.

§. XXVIII.

Sacra Cardinalium comitia pro eli- gendo novo Pontifice.

Paulopost obitum Clementis XI. Car- *Guarnac.*
dinales habitu conventu unanimi *vit. Pontif.*
suffragio decrevere, Noaillum & Al- *t. 2. p. 382.*
beronium Cardinales ad Sacra hæc co- *Hist. Univ.*
mitia missis plenæ securitatis literis esse *t. 8 Pe-*
vocandos; cum igitur sua cuique Car- *riod. II c. 8.*
dinali cella in conclavi per fortem de-
signaretur, die vigesima septima Martii,
primum nomen, quod sorte educeba-
tur, erat illud Alberonii; cui contigit
cella numero trigesima sexta: mox au-
tem nonnulli, quod casus erat, in va-
ticinium vertere, hujusque Cardinalis,
vel alterius Alberonio addicti electio-
nem portendi, eo majori verisimilitu-
dini scie asserebant, quod Malachiæ
symbolum: *de religione bona per ana-*

H 2 grama

Sæc. XVIII. grama redderet hæc verba: *de Genio*
 A.C. 1721. *Alberoni*: Ea nimirum est indolis hu-
 manæ stultitia, ut quicquid fieri per-
 optamus, fieri posse, imo jam factum
 esse facile credamus.

Novendialibus justis Clementi XI.
 veteri Ecclesiæ ritu persolutis die tri-
 gesima prima Martii viginti octo Cardi-
 nales tum Romæ degentes Sacris co-
 mitiis initium fecere, ubi in Sacello
 Xisti IV. Cardinalis Tanara facri Col-
 legii Decanus rem Divinam ad exo-
 randum Spiritus sancti lumen peregit,
 ac Camillus Marius Aleriæ Episcopus
 elegantem orationem de eligendo novo
 Pontifice habuit, qua absoluta Cardi-
 nales bini ac supplicum more proce-
 dentes Conclave ingressi sunt, ubi præ-
 primis clausis foribus in præfato Sa-
 cello Constitutiones Pontificiæ de Pon-
 tificis electione, & Ecclesiæ bonis non
 alienandis prælegebantur. Dies erat
 prima Aprilis, qua summo mane prima
 habebatur scrutatio: Tulerat solus
 Cardinalis Fabritius Paoluccius qua-
 tuordecim suffragia, quibus vespere
 tres alii Cardinales accessere; proin-
 ad validam illius electionem nonnulli
 quatuor deerant vota: Suspiciabatur
 Michael Cardinalis de Althan, quod
 Cardinales tam Gallicis, quam Hispani-
 ois partibus addicti præcipitis electionis
 ope

ope Virum ejusdem cum Prædecessore Sæc. XVIII.
 studii ac sententiæ ad solium evehere A. C. 1721.
 moſirentur, quoſ circa Cardinalibus mi-
 nus æquam agendi rationem, necnon
 timendam Cæſaris indignationem ob *Relat. Concl.*
Innoc. XIII.
 oculos ponens declarabat, ſibi binis *pag. 294.*
 jam literis Vienna receptis injunctum,
 ut Imperatoris nomine ſeſe Paoluccii e-
 lectioni opponeret; nunquam enim
 hunc pro Pontifice a Imperatore agni-
 tum iri: expectandum potius eſſe ab-
 ſentium adventum. Hæc declaratio
 Cardinalium potiſſimis admodum in-
 grata accidit, qui etiam totius Col-
 legii nomine Deputatos Viennam ac
 Parisios ablegarunt. Interim Cardi-
 nalis Michael Angelus Conti ſeu de
 Comitibus die ſexta Aprilis cum plu-
 ribus aliis Purpuratis, & ſequenti die
 Alberonius Vaticanum conclave ingre-
 diebantur, adeo, ut suffragantium nu-
 merus ad quinquaginta quinque ex-
 cresceret, ex quibus tamen Borromæus
 & Salernus Cardinales propter adver-
 ſam valetudinem ex comitiis domum
 revertebantur: ceteri vero aut ſerius,
 aut electione jam facta Romam ad-
 venere. Rursus colligebantur suffragia,
 ex quibus plura in Georgium Corne-
 lium, alia vero in Pignatellum, Spa-
 dam, Sacripantem, Boncompagnum &
 Rufum Cardinales collimabant: Pro-

H 3 posue-

Sæc. XVIII. posuerat Imperator Cardinales Tan-
A. C. 1721. ram, Orsinum, Tolomæum, Paraccia-
 num ac præprimis Pignatellum Archi-
 episcopum Neapolitanum (*). Ex pri-
 mo comitiorum momento in Cardina-
 lem Michaelem Angelum de Comitibus
 quamplurimi suos conjecere oculos, il-
 lius tamen electionem morabatur no-
 modo sparsum rumor, illum a Galliarum
 Rege excludendum esse, sed ve-
 maxime viginti duo Cardinales, qui
 ob meritorum æquitatem æquale sub-
 fragiorum jus sibi depositum videbantur,
 unde diutius, quam in votis omnium
 esset, in comitiis hærendum erat: in-
 super die vigesima tertia Aprilis Cardi-
 nalis de Althan Cæsaris literas, quæ
 sequenti die cunctis Cardinalibus præ-
 legebantur, ad S. Collegium datas re-
 cepit, in quibus Imperator Clementis
 obitum deplorans, Cardinales horta-
 batur, ut universæ Ecclesiæ ac Chris-
 tianæ Reipublicæ Successorem ac Pon-
 tificem pium, sanctum, virtutibus ac
 meritis, quæ in Ecclesiæ Capite &
 Christi Vicario requiruntur, locupleta-
 tum eligerent. Eodem ferme tempore
 Rohanius Cardinalis binas Galliarum

Re-

(*) Quapropter hi versus affixi legebantur:
 Clemens decepsit, vitis Pignata sequatur, cur
 quæris? quia *de religione bona* est.

Regis literas sacro Collegio porrexit, Sæc. XVIII.
 in quarum prima Rex Clementem, tum A. C. 1721.
 vero jamjam defunctum, de Venetæ
 Reipublicæ facta reconciliatione cer-
 tiorem reddiderat, in altera vero ad
 datam de obitu hujus Papæ notitiam
 respondebat. Die autem trigesima
 Aprilis Franciscus Ferdinandus
 Comes de Kinsky Cæsareus Orator
 specialiter ad S. Collegium ablegatus
 Romam venit, qui finita illius diei scru-
 tatione a Cardinalibus de Judice, Ot-
 tobono, & de Comitibus, & Albano
 Ecclesiæ Camerario, die prima Maij
 ad publicum alloquium per parvam por-
 tam admittebatur, atque in majore Aula
 suæ Legationis literas per Cæsareum
 Secretarium Cardinali de Judice tra-
 dedit, quas in pleno Purpuratorum
 confessu Livierus, qui S. Collegio a se-
 cretis erat, prælegit: Postea Orator
 congregatos Cardinales ita alloque-
 batur.

„Superfluum judico, Eminentissimi
 „Patres, ut iterato Vos adhorter no-
 „mine Augustissimi Imperatoris, Do-
 „mini mei Clementissimi in re tanti mo-
 „menti & ponderis, quam cum Spiritus
 „sancti gratia jam antea inchoasti.
 „Satis superabunde Cor suum Augustis-
 „simus, quod in manu Domini positum
 „est, quantamque spem, ac fiduciam

H 4 ,in

Sæc. XVIII. „in vos reponat, literis suis benignis.
A. C. 1721. „sime expressit. Multisariis viaculis
„Ecclesiæ Dei obstrictum reputat, munus ac officium suum postulat, ut tan-
„quam supremus juratus Advocatus
„Ecclesiæ Romanæ, Protector & Defen-
„sor, Rex Catholicus, & Apostolicus
„omnibus viribus, auxilio, conatu,
„& consilio in quibuscumque periculis
„necessitatibus, angustiis & æruminis
„constitutæ adfit, subveniat, atque
„succurrat. Hoc præterita sæcula
„quanta beneficia ab Augusta domo
„Ecclesiæ & Sedi Apostolicæ col-
„lata sint, demonstrant, futura do-
„cebunt, & experientur.“

„Misit me ad vos Eminentissimos
„tanquam suum Oratorem extraordi-
„narium in signum benevolentiae, exili-
„mationis & affectus sui, utque sim
„expositor, & interpres Mentis suæ
„Nil aliud a vobis, Patres purpurati
„exposcit, quam ut talem Successorem
„in Sede Petri collocetis, qui sit lu-
„cerna ardens coram hominibus, ut
„verus Christi Vicarius omnibus om-
„nia sit, filios suos tanquam Pastor Bo-
„nus æquali animo, mente, amore, &
„affectu amplectatur, verum Dei cul-
„tum, Religionis salvificæ incrementum
„& honorem promoveat, orbem Ca-
„tholicum in pace & tranquillitate con-
„servari studeat, & sic se Patrem com-
„mu-

„munem exhibeat, ut ita vera sincera, Sæc. XVIII.
 „perpetua Unio, & concordia stabilia- A. C. 1721.
 „tur inter Sacerdotium & imperium,
 „Quid superest Eminentissimi, nisi, ut
 „tanquam Cardinales Ecclesiæ univer-
 „salis, vota vestra, votis, & desideriis
 „piissimi, justissimi & religiosissimi Prin-
 „cipis jungatis, Ecclesiæque viduatæ
 „quanto citius prospiciatis. Ego vero
 „insignitus charactere mihi ab Augustissi-
 „mo concesso, singula grata obsequia
 „me præstitum voveo, meque gra-
 „tiis ac favoribus vestris obsequiosissi-
 „me comendo.,,

Pari humanitatis obsequio Cardina-
 lis de Judice perorantem Legatum ex-
 cepit, quo demum valere jussò Cardi-
 nales ad suas quisque cellas recessere:
 Quæ sequentibus diebus in Conclavi
 acta sunt, religioso admodum silentio
 premebantur, quinimo nonnulli Car-
 dinalium famuli & duo eorum Contu-
 bernales capti ad arcem S. Angeli de-
 ducebantur, eoquod sui juramenti im-
 memores, quæ in conclavi gesta fu-
 sent, manifestare moliti essent.

§. XXIX.

*Michael Angelus Cardinalis de Comi-
 tibus in Pontificem, assumpto no-
 mine Innocentii III. electus.*

H 5

Mira-